

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Ad Quæst. 42. part. 3. Decisio XCV. Permutationem status non amittitur  
privilegium compatibile cum statu mutato secus si sit incompatibile.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Ad Quæst. 42. part. 3.

### DECISIO XCV.

Per mutationem status non amittitur privilegium compatibile cum statu mutato, secus si sit incompatible.

Illustriss. Seraphino.

*Inter im-  
pressas Se-  
raphini  
decis. 1444*

Lovanien. Juris nominandi.

Mercurii 26. Junii 1602.

### S U M M A R I U M .

- 1 Appellatione beneficiorum in privilegiis non continentur beneficia in Cathedralibus. vide contrarium num. 7.
- 2 Omnis dispositio intelligi debet rebus sic stantibus. & num. 10.
- 3 Mutato status Ecclesiæ, censeri debet immutata dispositio, ita ut non cadat sub indulto ipsis Ecclesiæ prius concessa, declarata tamen, ut num. 10. & 12.
- 4 In expectativis, & mandatis de providendo, tempus vocationis, & exequationis attendi debet.
- 5 Qui habet mandatum de providendo ad beneficium simplex, non potest illud acceperare, si postea effectum fuerit ejus statum.
- 6 Facultas nominandi ad beneficia non trahitur ad nova erecta.
- 8 In dispositione qualibet semper censori refervatum ius terui.
- 9 Pensiæ concessa super Collegiata, quæ sita erigitur in cathedralem, non manet extinta.
- 10 Per mutationem status non extinguatur privilegium, quod est compatibile cum statu mutato, secu si non compatibile ut num. 12.
- 11 Ecclesia Iuris patronatus fin Collegiata erigatur, patronus in eam in ius presentandi ad prebendas, haec non possit presentare nec Abbatum, nec Episcopum.

Con-

Concessa fuerunt diversa privilegia à diversis Pontificibus Romanis nempe Sixto IV. Leone X. Adriano VI. & Gregorio XIII. Rectori Universitatis Lovaniensis, nec non Decano facultatis artium dictæ Universitatis ; scilicet dicto Rectorius nominandi singulis Praelatis, Capitalis, Conventibus, & personis Ecclesiasticis secularibus, & regularibus etiæ Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, aut Cardinalatus fungantur dignitate, ad quos vel quæ provisio beneficiorum pertinet, unum clericum ex studentibus, & graduatis dictæ Universitatis ad unum beneficium Ecclesiasticum, etiam Canonicatus, & Praebenda, administratio, vel officium in Collegiatâ, vel Parochiali Ecclesia, vel Capellâ extiterit in terris temporalibus Domini Maximiliani Austriae Archiducis, & infinitis Philippî illius primogeniti, cum mediis, & qualitatibus in dicto privilegio expressis, quod fuit per alios Romanos Pontifices confirmatum. Decano vero facultatis artium aliud simile privilegium concessit Leo X. pro novinaudis Magistris in artibus, & in eo includit nominatum plura alia loca, in quibus concedit istam facultatem nempe Leodin. Comitatum Loffen. Ducatum Bullonen. Civitates Cameracen. Tornacen. Morinen. Attrebaten. & Traiecten. postmodum Adrianus VI. confirmingo supradicta privilegia, & in specie in privilegio Decani includit beneficia existentia in Ecclesiis Cathedralibus, & Metropolitanis, sicutque confirmatum cum eadem expressione per Gregorium XIII. & ulterius respectu valoris beneficiorum æquavit Rectorem Universitatis, & Decanum prædictæ facultatis. Evenit postea, ut multa istarum Ecclesiastum, in quibus competit Rectori jus & facultas nominandi ad beneficia in eis consistentia, fuerint in Cathedrales erectæ; unde prætendere cœperunt earum Clerus, & Episcopi, extinctum fuisse jus nominandi in dictis Ecclesiis, ex eo præcipue, quod in privilegio concessio Rectori nulla sit mentio Ecclesiastum Cathedralium, & idem appellatione beneficiorum non contineti existentia in Cathedralibus, c. quamvis, s. i. de præbend. in 6. Idem ex Ordine S. D. N. pro sedandis controversiis fuit propositum in Rotadubium, an Rector Universitatis Lovaniensis possit nominare ad beneficia contenta in Ecclesiis, quæ postea in Cathedrales erectæ. Pro cuius dubii resolutione est advertendum, nunc agi de facultate Rectoris, non autem Decani, nam Decanus habet facultatem expressam ex concessione Adriani nominandi ad beneficia in Cathedralibus & Metropolitanis existentia. Est insuper animadversandum, videri Rectorem non posse prætendere nominationem in Ecclesiis, quæ in Ecclesiis regularibus respectu beneficiorum regularium, licet enim fiat mentio Praelatuum, Episcoporum, Archiepiscoporum, & Cardinalium, hoc sit tantum ratione personarum, ut etiam isti comprehendantur ratione dictorum beneficiorum, ad quæ competit nominatio, cum fieri possit, ut istæ personæ tales Ecclesiæ ultra Cathedrales & Abbatiales possideant, & potuerint prætendere prætextu dignitatis

Ecc

natus

nitatis personalis se non esse comprehensos in Indulto; Et licet super hoc possent  
qua otiri difficultas ex doctrina Joan. And. allegati pro parte Rectoris; tamen qui  
etiam circumscripto hoc fundamento Domini fuerunt pro Rectori; Ideo tamen  
eo non est insistendum, unde tota haec inspectio restringitur ad illas Ecclesias, in qua-  
bus prius competebat jus nominandi, & postmodum effectae fuerunt Cathedrales;  
& idcirco videndum, an per hanc mutationem & erectionem in Cathedrales fu-  
rit prajudicatum iuri Rectoris, ita ut nos possit uti Jure nominandi: Et pro parte  
Cleri, & Episcoporum deducitur primo ratio supradicta, desumpta ex capitulo quarto.  
2. de probando. Secundum, dicitur omnem dispositionem intelligentam esse rebus  
fictis, & continuo, s. cum quis de verbis obligat, l. cum quis, de solutione, cum simili-  
bus, hincque interfertur, quod mutato statu Ecclesiasticum, censemur debet immutata dispo-  
sitione, ita ut non cadant sub indulso. Tertius, effertur simile expectativa in, & na-  
tum datorum de providendo, in quibus debet attendi tempus vacationis, & excusationis,  
3. Oldr. consil. 58. Anebar. in Cem. unica num. 37. de concess. probend. ubi traditum quod  
habet Mandatum ad beneficium simplex, non posse acceptare illud, quod quia  
6. fuit effectum curatum, si non applicatur qualitas expectativa. Quartus, quod facultas  
nominandi non debet trahi ad beneficia noviter erecta, Clem. fin. de script. Gen.  
consil. 69. Ferret. consil. 2. num. 5. Quintus, non esse in hac facti specie habendam ratio-  
nem prajudicii Rectoris, cum hoc eveniat in necessariam consequentiam ex im-  
pressione Ecclesie, & mutatione status, Dec. consil. 113. num. 7. & consil. 152. Paris. fol. 22. num. 8. lib. 4. praecepit cum Indultum remaneat in aliis Ecclesiis, quae reman-  
serunt in suo statu. Sarnen. in reg. de iure quae. non toll. quest. 1. num. 8. & potest addi-  
simile ex deducitis coram me in causa Bargen. quindenniorum, & in Messingen. Iuli  
anno 1593. & in Salamantina privilegiorum coram bon. mem. Cantuccio in noviss. de  
759 par. 1. Sextus, allegatur simile de Monasterio existente in termino Archidiaco-  
ni, quod fieri gatur in Cathedralem, censemur exempta Ecclesia a jurisdictione ho-  
chidiaconi, cap. cum inferior, de major. & obed. cum ibi notar. per Hohenf. num. 1.

7. His tamen non obstantibus fuit conclusum pro Rectori, scilicet cum pos-  
nominate ad beneficia existentia in locis, in quibus prius habebat jus nominandi,  
cet postea fuerint in Cathedrales erecta; nam etiam concessio, quod privilegium  
Rectoris non comprehendat Cathedrales, nec verum sit, quod tunc in Domini la-  
ximiliani nullae essent Cathedrales, neque suffragetur privilegium Decani loquende  
Cathedralibus, cum sit concessum diversae personae, & privilegium Gregorius  
quo sit pro hac parte fundamentum, continet verba portio in encyclo, quae dis-  
positiva; tamen per hanc mutationem Ecclesiasticum in Cathedrales, non est dicen-  
8. dum illatum fuisse prajudicium Rectori, cum in unaquaque dispositione competet  
censemur referatum jus tertii, cap. cum olim de censib. cap. 2. de religios. dom. Rota de  
cif. unica de sepultur. in antiqu. cum alius, & facit Extravagans 1, & 2. Joannis XXII. m  
m. de

De Jurisdictione Ordinarii in Exemptis Erafms à Chokier.

403

tit de concess. præbend. facit Innocent. in cap. 2. num. 2. de oper. novi nunc. Rebuff. in concord.  
tu. de reg. ad Prælat. nomin. §. fin. in verbo privilegia ei concessa, qui licet loquatur de  
privilegio competenti Ecclesiæ, cuius status immutatus est, tamen ex rationis iden- 9  
titate idem dicen dum, si alteri tale privilegium competat, & sic videmus quod pen-  
sione concessa super Collegiatâ, si ea postea erigatur in Cathedralem, non tamen  
ideo extinguitur, & in hac re amplectenda est distinctio data per Rotam coram me  
in causa Burgen. quindenniorum, in qua dictum fuit, quod per mutationem non 10  
extinguitur privilegium, quod est compatibile cum statu immutato, secus si sit in-  
compatibile, & in his terminis procedit regula illa, quod dispositio intelligitur rebus  
sic stantibus.

Confirmantur prædicta argumento à simili, cum in Ecclesia jurispatronatus, si 11  
in Collegiatam erigatur, patronus retineat jus præsentandi ad præbendas, ut tradit  
joan. Andr. in cap. postulati de jure paron. num. 10. & ibi Abb. num. 5. & licet non  
possit præsentare Abbatem vel Episcopum, hoc procedit ex eo, quod statu iste est  
contrarius & incompatible cum priori statu, & contradicit originali statui respectu  
istius effectus, & devenerit ad statum, à quo incipere non potest. cap. nobis ubi DD.

His accedit observantia allegata post erectiones, de quâ fuerunt dati testes ex-  
trajudicialiter examinati pro Rectori, cui non obstat renunciatio Ludovici Carrio-  
nis, nam ipse elegit potius consequi pacificè Canonicatum in Audomarense Ecclesia,  
quam vigore nominationis prosequi lites cum impensâ gravi & molestiis, sed non  
ideò minus verum est, in aliis Ecclesiis ita fuisse observatum, quod facile erit Rector  
ti per veras & legitimas probationes ostendere, si opus fuerit, ut præsupponitur. Et  
hanc sententiam confirmat Indulatum Gregorii, quod interpretandum est saltem  
de Episcopatibus de novo erectis, in quibus prius locum habebat nominatio, quod  
verò revocatur in contrarium de revocatione privilegii, antequam supervenerit ere-  
ctione Cathedralium, non pertinet ad præsentem discussionem. Et ex his colligitur re- 12  
sponsio ad allegata in contrarium, quæ procedunt in his, in quibus status ultimus  
est incompatible cum priore, ita ut in necessariam consequentiam tollatur ut jus illud,  
quod prius competit, secus verò ubi simul state possunt priora jura cum statu no-  
vissimo. Et ita conclusum pro Rectori.

Ecc. 2

AD